UDALRICUS DE VöLKERMARKT. SUMMA DE SEPTEM SACRAMENTIS. STATUTA CONCILIORUM. CONFLICTUS VIRTUTUM ET VITIORUM. VARIA

Göttweig, 1335-1355 Seite 28v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36877
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Incipit lib' Quartus de Sponsalibus.

Nauigato pe lago libri tertii in nomine eius qui mare et aridam creauit: ad tractatum libri quarti accedamus. ubi de sponsalibus et matrimonio tractatur. primo videamus de diffinitione sponsaliorum. Nondum ergo dicitur sponsalia dicuntur futurarum nuptiarum promissio. Dicitur autem sponsalia a spondendo. Species sponsaliorum duae sunt. Sunt enim sponsalia de futuro quae contrahuntur his uerbis. Promitto tibi quod accipiam te in meum. uel accipiam te in meam. Sunt autem sponsalia de praesenti quae faciunt matrimonium et contrahuntur his uerbis. accipio te in meum. uel in meam. Contrahuntur autem sponsalia de futuro post septennium. Si uero ante illud tempus iniuntur: nulla est nisi post septimum annum inceperit complere et in tempus ualet sponsalia per septimum annum contracta quod alterorum mortuo alter nullam potest hinc inuitam de consanguinitate defuncte et coniuge.

ita mutuo si placuerit utique ut dissentiat.

Item nota quod sponsalia de praesenti fiunt matrimonium iniuriantur per annum in pueris post XII. Soluuntur sponsalia multis modis. scilicet quae contrahuntur de futuro. Si alter fuerit formicatus. Item si enormem infirmitatem incurrat. Item si alterum infirmitas religionem. Item si matrimonium per uerba de presenti cum alia contraxerit. uel et si per uerba de futuro et carnalis copula sit subsecuta. Item etiam est si puella rapta fuerit sponsa et cognita. Et sponsalia de presenti multo minus casu dissoluuntur. scilicet per ingressum ad religionem ante copulam carnalem.

De matrimonio

Matrimonium sic describitur. Matrimonium est coniunctio maris et feminae individuam uitae consuetudinem retinens. Eo enim anno contrahitur matrimonium quod uita coniugum simul manentium et non ad tempus. Dicitur autem matrimonium a matre et munus quod est officium. Vnde matrimonium est matris officium et prius nominatur de matre quam a patre ipsa non est in conceptu gaudet in parturitione dolorosa in nutrimento laboriosa. Institutum matrimonium ab ipso deo in paradiso et ante peccatum his uerbis sed in quo dicit. hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea. Deinde alius his uerbis. Crescite et multiplicamini et replete terram. Mandato et deinde perficitur matrimonium. Item et solus consensus contrahentium facit matrimonium. Sunt autem duae causae matrimonii suscepti scilicet solus et mutatio fornicationis. Bona matrimonii tria sunt. fides proles et sacramentum. Inpedimenta ipsius sunt plura quae his uersibus continentur. Error. conditio.

Ubi et si ita sit inferius per omnia superius